Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dominũ nostrum.
Alleluia ℣ Regnauit dominus super omnes gentes: deus sedet super sedem sanctam suam. Alleluia ℣ Non vos relinquam orphanos: vado et venio ad vos et gaudebit cor vestrum. Sequentia
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittam vobis a patre spiritũ veritatis: qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis quia ab initio mecum estis.
hec locutus sum vobis: vt nõ scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia nõ nouerũt patrem neq; me. Sed hec locutus sũ vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini quia ego dixi vobis. Offert:
Ascendit deus in iubilacione: et dominus in voce tube alleluia. Secreta.
Sacrificia nos domine immaculata purificent